alio quovis evadendo Stac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Gorzkowski et Vleniecki Intercisam Roborant.

57

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosi Hiacinthus Gorzkowski et Anna Stanislowska coniuges legitimi ab una et Generosus Alexander Vleniecki parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri, ac posteris utriusque partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se recognoscentes Intercisam certam Ratione certarum verum et conditionum in eadem Intercisa contentarum signanter ratione Arendae Villarum Cieszacinek cum Praedio et Kiwielow in Districtu Premisliensi consistentium pro Annis Sex de Actu et data eiusdem hic Premisliae die hodierna in Actis Contentis Anno praesenti confectam et conscriptam et manibus recognoscentium propriis ab utrinque subscriptam in omnibus et singulis eius

ante hanc pag 56 ... desinit

dem Intercisâ conditionibus punctis clausulis Articulis Vadio ligamentis ac rebus generaliter Universis firmiter tenere, complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis eius contentis, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam præfatam ad Inscriptionem præsentem roboratoriam ✠ ad prædictam Intercisam Vicissim in toto referendo Idq sub Vadio Octo Millium florenorum polonicalium per partem parti cum Successoribus Utriusq partis ob non completionem contentorum Intercisâ præfatâ omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisâ præfatâ non completa complenda Citata existens Memorata Pars Una præmissa non tenens, sive eius posteri Ad Instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis Vel eius Successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premisliense Gakure recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere respondere Vadium præfatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causâ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro

✠ et Inscriptionem præsentem Roboratoriam

maronì

maiori minorennitate Succorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quictorem Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos Officii praefati Castren Capitan Premislien Terminos dilationem sibi non recipiendo. Nullasq motiones appellationes ac earum prosequtiones faciendo ac praemissa omnia paris simplicibus Vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalis, Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

G. Gorzkowski Gnoso Vleniecki Debet

57

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesent Castren Capitan Premislien Gnosus Hyacinthus Gorzkowski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competen recedendo praesenti Vero Castren Capitan Premislien Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet secum Succonibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognit Quia ipse Gnoso Alexandro Vleniecki et ipsi Succorum Summam Trium Millium florenorum polonicalium certi Veri Iusti et liquidi debiti mutuatiq apud ipsum per se recognoscentem pecunia tenet atq debet Quam quidem Summam suprascriptam Trium Millium